



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

4 Ædificijs necessarijs vrbes exornare, & collapsa instaurare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

dum alienum arare, & familiarem (genitale ar-
uum vxoris, vt ait poeta) incultum deserere. Fu-
sius de his signo 27. & par. 2. signo 51. nec non in
Theatro historico.

SIGNVM IV.

*Splendidissi-
res facere
vrbes edificijs & ar-
fuis, sed necessarijs) vrbes (nō rura) exornare, ma-
tificijs.*

*AEDIFICIIS NOVIS (NON SVPER-
ficijs & ar-
fuis, sed necessarijs) vrbes (nō rura) exornare, ma-
tificijs.
ximē eas, quæ per se surgere non possunt, conuertere
do priuat as (nō publicas,) pecunias ad publicū
bonum, & patria ornamentū, nec que ad ista-
ia publica sumptibus alijs magnis exci-
tarunt intercidere pati.*

1. *Augustus Cesar vrbem inundationibus &
incendijs obnoxiam adeo excoluit, vt iu-
res fit gloriatus λθίνειρ (marmoream) se relin-
quere, quam γεινειρ (lateritiam) accepisset. Tu-
tan vero, quantum prouideri humana ratione
potuite, tiam in posterū præstitit: Hæc enim ma-
teria ædium incendiū concipere facilè non po-
tuit. ipse tamen habitauit ædibus modicis, & ne-
que laxitate neq; cultu conspicuis. Sab. li. i. Ann.
7. Suet. c. 72.*

2. *Tiberius Imp. multa restituit in vrbē ædificia
qui corruerant, nullumque prorsus sibi vendi-
cauit, sed eis reddidit nomina eorum, à quibus
ædificari coepta essent. Etiam ab Augusto incho-
ata ad fastigium perduxit, Augustique nomen
ijs inscripsit. Dio li. 57.*

B 2

3. Hero-

3. *Herodes Rex Iud.* plurimas vrbes adiuuit, aut exstructis publicis operibus, aut sicubi incœperunt debant (propter inopiam) pecunijs in abolitionem eorum erogatis. *Ioseph.* li. 16. cap. 9. antiqu. & lib. i. ca. 16. bel. Iud.
4. *Arnulfus Caesar*, urbem Ratisbonam vel Reginoburgum, metropolim Bauariae summè dillexit, atque cum incendio esset defoedata, eius muros ampliauit, ædes adornauit, & coenobium S. Emerani censuis annuis locupletauit & auxit. Cuspin.
5. *Constantinus Imp.* cum vetera ædificia Constantinopoli augustiora in omnibus reddidisset, & noua longè ampliora erexisset, carcerem tamen, ut se habebat, humilem atque depresso, paucorum hominum capacem, nullo auctum additamento, reliquit. Idem Drepanum oppidum, in quo genitus erat, egregiè amplificauit, & Helenopolim in matris honorem cognominauit, et Pius II. Pont. Corfinianum incunabulum suum in ciuitatem redegit, & nomine suo Pientiam facit. Extat eiusdem Constantini constitutio: Si quis ciuitate spoliata ornatum, hoc est, marmora vel columnas ad rura transfluerit, priuetur ea possessione. li. 6. C. de ædif. priu.
6. Decet Magistratum ingentia opera publica, eodem quo exstructa sunt animo, ab interitu vindicare, vetustate vel iniuria temporum lapsa instaurare, & farta tecta tueri. (Muta quidē sunt illa, & anima carent, sentire tamen & latari videntur quod niteant, quod frequententur &c. Plin. Paneg.) Nequaquam autem decet eum falso ædificationis operum publicorum prætextu publicas pecunias corraderet, aut superfluis exstructionibus

uit, am
ncoepa
a abso
p. 9. an.
vel Re
mē di
ca, eius
enobii
z auxit
a Con
idisse,
em ta
essum,
um ad
idum,
& He
auit, w
suum
am fo
io: Si
rmora
tur ea
blica,
u vin
lapsa
e sunt
ri vi
&c.
falso
u pu
stru
nibus

tionibus populi odium excitare. *Vespasianus*
Imp. per totum imperij tempus nihil habuit antiquius quam prope afflictam nutatremq; Remp. primò stabilire, deinde & ornare. Quin restitucionem Capitolij aggressus, ruderibus, purgadis manus primus admovit; ac suo collo quædam extulit. Suet. ca. 8. & 17.

7. *Traianus*, licet parcus in ædificando priuatim, publicè tamen magnificus fuit, tot tantaque locis opportunis exstruxit, ut orbem terrarum, teste Eutropio, ædificasse videatur. Plin. paneg.

8. *Domitianus* plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit. Suet. c. 5.

9. *Septimus Seuerus*, Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, instaurauit, nusquam prope iuxamine adscripto, seruatis tamen vbiique titulis condito. *Spartianus*. Vtinam hæc obseruarent omnes urbiuum conditores, sed custodes.

10. *Alexander Seuerus*, opera veterum Principum instaurauit, & maximè pontes omnes quos Traianus fecerat, aliquos etiam nouos fecit, sed instauratis Traiani nomen reseruauit. Lamprid.

11. Quam diligens fuerit Tiberius II. in antiquorum principum ædificijs operibusque publicis instauradis, ipse fatetur ad Sabinianum apud Cassiod. t. var. ep. 25. & 4. ep. 30. hisce verbis: *Quorum* (Principum) *fabricis dedimus longissimam iumentutem*, ut pristina nouitate relueant, quæ iam fuerant vetustosa senectute fuscata.

12. *Alfonsus Aragonum* Rex infinitas propè vrbes, oppida, arces, terræmotu concusssas &

Iaceras sumptu ac diligentia incredibili instaurauit, ac demum Neapoli Regiam (cui Nouo castro fuit nomen) à fundamentis eversam, munitionem longè ac splendidiorem quam antea, erexit. Aeneas Piccol. de regno Neap. c. 60.

13. Henricus IV. Gallia Rex locum suum natalium multis magnisque ædificijs & basilicis ornauit & amplificauit, in eoque Vniuersitatem constituit.

14. Vtinam in omni Rep. magistri operum circumspicerent, ne ædificia & itinera ciuitatum ruinosa aut indecora fierent. Vtinam muros turreisque ciuitatum diligenter firmarent. Nehemius ideo curauit multa diligentia, accepta potestate ab Artaxerxe, restituì & reædificari muros Hierusalem, ne illa ciuitas esset in opprobrium inimicis. Nehem. 2. c. 2. v. 17. Et cum Sanaballat impedire velle opus, populus una manu portabat altera vel ædificabat, altera tenebat gladium, paratus ad repulsionem inimicorum, qui impedire opus decreuerat. Vtinam etiam Magistratus omnes vias stratas diligenter conferuarent & reficerent, & ab his, quæ viatoribus obesse possunt, repurgarent: idcirco enim maximè vestigalia illis dantur, at planum & expeditum sit iter, & (a latronibus & prædonibus) securum, nihilque clausum, foetidum, aliquo modo noxiū, habeat. consule Annales Baronij an.

Christi 330. & Progym. Pontani Vol. 3 par. 2.

SIG.